



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



Q. D. B. V.

PHILOSOPHIA JURIS EJUSQUE UTILITAS  
CIRCA MATERIAM  
ACTIONUM,

LOCO INAUGURALIS ARGUMENTI,  
PRO CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE  
SUMMIS HONORIBUS

*BREVITER DELINEATA*

ET

EX CONSENSU  
AMPLISSIMÆ JURIDICE FACULTATIS

*SUB PRÆSIDIO*

*VIRI NOBILISSIMI ET EXCELLENTISSIMI*

DN. PETRI MASCOVII,

J. U. D. ET PROFESSORIS CELEBERRIMI,  
CONSISTORII REGII ASSESSORIS GRAVISSIMI,  
ATQUE FACULTATIS JURIDICÆ PRO-DECANI,

PROMOTORIS SUI SUMME VENERANDI,  
*PUBLICO EXAMINI SUBMISSA*

*AD DIEM XVIII. NOVEMBR.*


A

JOHANNE CHRISTOPHORO HERCULE,  
GRYPHISW. POMER.

---

*GRYPHISWALDIÆ,*

TYPIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
REG. ACADEM. TYPOGRAPHI.



Uti commoda se pro gradu disputandi offerret occasu, ceterum Statutorum Academicorum religio, Inaugurale aliquod Argumentum, sed id tamen Extemporaneum, temporis inter cetera impedimenta, effugientis angustia exigeret, illud de Actionibus, quamvis aliud destinaram, saltem delineandum sumpsit, quandoquidem tale est, quod Totam Jurisprudentiam dirigit & non exiguum in Theoria & Praxi usum habet. Sit itaq; DEO Juvante.

§. 1.

**A**ctio definita pr. 7. de Act. & L. 51. ff. de O. & A. Jus, i. e. Juris Remedium, persequendi in iudicio, quod sibi debetur, dividitur à Causa Efficiente Remota (I.) in Civilem & Prætoriam. §. 3. 7. de Act. l. 42. §. 1. ff. eod. Civilis est, quæ ex aliqua juris civilis, oppositè ad Prætorium sumpti, specie: Prætoriam, quæ ex Jure Prætorio originem & substantiam capit d. §. 3. quibus accensentur Ædilitiæ. §. 6. 7. de J. N. G. & C. t. t. C. de Ædil. Act. Usus hujus distinctionis non contemnendus est, cum eâ intellectâ statim appareat, quamdiu actionem instituerelicet; an sit perpetua vel temporalis. Vid. l. 3. C. de 30. vel 40. ann. præscr. & pluribus infra.

§. 2.

(II.) in Directam & Utilem. Actio Directa (non eo sensu quo deinceps opponetur contrariæ) est, quæ ipsis LL. expressis verbis introducta, interpretatione haud eget. Utilis, quæ cessantibus verbis LL. inducitur

citur ex mente & bona earundem interpretatione. l. 37. ff. de O. & A. l. 47. de negot. gesti. Donell. 21. comm. 2. §. f. 3. ad L. Aquil. Notitia hujus divisionis hodiè, sublatis formulis, parum necessaria videtur, ad id tamen proficit, ut in decisione causarum non præcisè verbis LL. in hæreamus, sed quod sententiâ earum comprehensum est, ipsis LL. comprehensum esse existimemus, & differunt quoque actiones directæ & utiles in eo, quod directæ à personâ non separari neque cedi, utilis verò in alium transferri possit. l. 3. C. mandat. l. nominibus C. de A. & Q. l. empt. C. de hered. & act. vend.

§. 3.

*Causa Efficiens* duplex est. Remota & Proxima. Ab hæc dividitur Actio in Nativam & Dativam. Dantur enim quædam actiones immediate & proxime à Lege, vel nullâ plane alia existente causâ, vel per se non efficaci ad producendam actionem. Tales sunt e. g. Condictio furtiva. Actio ex L. 32. ff. de reb. cred. Sic ex pacto donationis olim non dabatur actio, deinde ex lege data est actio. l. 35. §. f. C. de donat. Quæ verò non ex speciali aliquâ lege, sed mediante causâ propriâ vi efficaci ad producendam actionem, ex eaq; competente jure, nascuntur, dicuntur Actiones Nativæ. Quæ quidem distinctio doctrinæ gratiâ haud rejicienda est.

§. 4.

Jus, quod modò nobis competere diximus, est vel Personarum vel Rerum. Quæ ex jure Personarum, h. e. Statu triplici, Libertatis, Civitatis & Familiæ, oriuntur, dicuntur Actiones Præjudiciales §. 13. 3. de Act. Quæ etiam hodiè competunt adversus proprios homines rusticos. Gail. de Arrest. Imp. Obs. 8. n. 14. liberos, parentes, it. conjugem, se tales esse sive affirmantes, sive negantes, ad

hoc ut iudex pronunciet ejusmodi esse vel non esse.  
*l. 1. de agnosc. vel alend. lib.* His affinia sunt interdicta de  
liberis exhibendis *l. 1. & 3. ff. b. t. de Uxore exhibenda*  
*l. 1. & 2. eodem.* §. 5.

Jus rerum est vel Jus in Re vel Jus ad Rem. Ex quibus causis proximis summa & Principalis actionum divisio desumpta est in Reales, Personales & Mixtas. Actio realis est Actio ex aliquâ juris in re specie descendens, per quam rem nostram, sive in quâ jus habemus, petimus & persequimur à quocunque possessore vel detentore, aut etiam, contra eum, qui nos in jure isto turbat, apud Judicem, ut is declaret, jus illud in re nobis competere, simulque eum condemnet, ut rem nobis cum omni causâ & interesse restituat, nec amplius in jure isto nos turbet. Hujus verò Species sunt quinque. Dominium, Possessio, Servitus, Pignus & jus Hæreditarium. Quando itaque aliquis in uno ex his juribus actionem suam fundat, & dicto modo petit, est Actio realis.

§. 6.

Actio Personalis est Actio descendens ex Jure ad Rem, quâ personam ex tali jure nobis devinctam convenimus, ad hoc, ut iudex declaret, eam ad rem istam dandam vel faciendum aliquid obligatam esse, eandemque ad ejus præstationem, secundum obligationis naturam condemnet. *l. 25. de A. & O.* Jus ad rem, secundum communem Dd. opinionem, est Obligatio, quæ oritur vel ex contractu aut quasi, vel ex delicto aut quasi. Cæterum accurate loquendo, hoc jus differt ab obligatione, ut effectus à sua causa.

§. 7.

Tertium divisionis nostræ Membrum, ratione, Causæ Efficientis Proximæ, faciunt, ut vulgò Dd. volunt,

**A**ctiones Mixtæ, quæ sunt Actiones partim ex jure in re, partim ex jure ad rem provenientes, & ad hoc institutæ, ut aliquis declaretur vel hæres, vel dominus, simulque reum obligatum esse & aliquid præstare debere. Tales sunt Hæreditatis Petitio, Finium regundorum actio *l. 1. l. 4. pr. ff. fin. reg. familiæ exciscundæ*, communi dividundo *§. 20. j. de Act. & ibid. communiter Dd.*

§. 8.

Cæterum non præterire licet insignem hujus distinctionis necessitatem & usum. Primarius autem est (1.) in ratione probandi. In realibus enim semper probandum est jus in re, quod petimus nobis competere, id quod probatu, præsertim in dominio, est difficile; & si personalem movemus actionem, requiritur & sufficit, si contractum aut delictum, ex quo agimus, factum fuisse probemus. *Gail. I. Obs. 61. n. 4.* Sicut etiam in realibus satis est in libello exprimere causam proximam, nequaquam in personalibus, ubi etiam causa remota alleganda est, ne libellus fiat ineptus. *Gail. loc. cit. n. 6. l. 14. ff. de except. rei jud.* (2.) In Concursu Creditorum, quando realibus agentes vel ratione peculiaris juris in re apud debitorem existente, proprio jure, seu aliunde quam à debitore, competentis. *Vid. Struv. tit. de reb. auct. jud. posf. l. 45. in fin. & seq. 46.* planè à concursu separantur: Cum personalem actionem habentes regulariter in concursum venire, & damnosum inter creditores reliquos locum metuere debeant. *t. t. ff. de priv. cred.* Vel in concursu ratione pignoris à debitore constituti ut hypothecarii, cæteris creditoribus personalem actionem habentibus præferuntur *t. t. ff. & Cod. qui pot. in pign.* (3.) Ratione subjecti passivi, quod in realibus est omnis & solus possessor, etiamsi ille tertius sit, aut res controversa per mille

manus ambulaverit. Jason. ad §. 1. 7. de Act. Personalis  
verò adversus cum saltem competunt qui obligatus est,  
ejusq; hæredem. l. 25. pr. ff. de Act. Gail. 2. Obs. 146. n. 4.  
Mixtæ verò actiones non dantur contra quemcunq; pos-  
sessorum, inq; illis uterq; Actor & reus est, & probare  
tenetur l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. ff. fam. ereisc. t. 3. X. de probat.

§. 9.

Accedimus nunc ad *Subiectum* & quidem (1.)  
*Activum*, cujus intuitu, Actio Personalis est vel Con-  
dictio, vel Actio Personalis in specie. Condictio in spe-  
ciali significato est actio, quæ non Dominus experitur  
adversus Dominum, & quidem ad dandum seu transfe-  
rendum Dominium. §. 15. 7. de Act. junct. preced. & l. f. ff.  
usufr. quemadm. cav. excepta tamen conditione furtivâ  
d. §. 14. 7. de Act. Actio Personalis in specie est actio, quæ  
datur Domino adversus non Dominum.

§. 10.

Ratione quoq; Subjecti activi Actio est vel Popula-  
ris vel non Popularis. Illa est Actio personalis ex delicto  
privato quo Respublica læditur, cuius de populo com-  
petens. t. t. ff. de Pop. act. Usus hujus actionis de jure civili  
est, quod læso cessante agere, quilibet de populo id  
queat, neq; delinquentis exceptionem id impediëntem  
opponere possit. It. quod ex parte actoris ante litem  
contestatam procurator intervenire nequeat. l. 5. ff. h. t.  
l. 42. ff. de procur. quod neq; hæredibus detur. l. 5. ff. de  
his qui dejet. & effud. quibus differt à cæteris actionibus:  
Hodie verò rarus est, cum Procuratores fisci ad hoc  
publicâ auctoritate sint constituti. Zoes. ad h. t. n. 4.

§. 11.

A Subjecto activo (2.) Actio est vel Directa vel Con-  
traria. Directa est quæ datur ex contractu bilaterali ei  
cui



cui principaliter ex contractu obligatio acquiritur. Contraria est quæ competit illi, qui quidem principaliter ex suo latere obligatur, alterum tamen etiam minus principaliter sibi obligatum habet. e. g. Depositi, mandati, tutelæ. Ex hisce contractibus directis actionibus condemnati infames fiunt, non contrarii. §. 2. 7. de pen. rem. litig.

### §. 12.

Videbimus etiam *Subjectum passivum* quod est ille, qui convenitur sive actione reali sive personali. Reali convenitur, qui aut possidet rem, in quâ actor jus prætendit, illamque restituere detrectat. §. 1. 7. de Act. ibique Harprecht. n. 8. & seqq. vel actorem in jure suo turbat, idque controversum reddit. Hahn ad. *Wesenbec. ff. uti possidet*. Personali actione convenitur ille qui obligatus est vel ex propria conventionem aut delicto, vel non quidem ex proprio contractu aut delicto, sed (1.) quia in alterius contractu consensus ejus intervenit, præponendo seu negotiationi maritimæ, hinc Actio Exercitoria l. 5. §. 1. & t. t. ff. de exercit. act. §. 2. 7. quod cum eo qui in aliena potest, seu terrestri, hinc Actio Institoria. d. §. 2. & t. t. ff. & Cod. de Instit. act. vel jubendo, inde actio quod jussu §. 1. 7. quod cum eo l. 1. pr. & t. t. ff. quod jussu. Aut permitiendo generaliter, unde actio de peculio, t. t. ff. de pecud. vel specialiter, unde Actio Tributaria. t. t. ff. de act. Tribut. (2.) Quia utilitatem exinde consequitur, hinc Actio de in rem verso. t. t. ff. de in rem vers. (3.) quia possidet rem quæ petitur, ut actiones in rem Scriptæ, quæ contra regulam personalium actionum semper comitantur rei possessorem. Exempli loco sit actio quod metus causâ. l. 14. §. 3. ff. quod met. c. actio ad exhibendum. l. 3. ff. ad exhib. noxalis, quadrupedaria seu de pauperic.

### §. 13.

§. 13.

Nec defunt quæ ab *Objecto* desumi possunt actionum divisiones. Ejus enim respectu (1.) Actio est Petitoria, alia Possessoria. Petitoria latè hic sumpta, est actio, quæ rem ipsam & jus vel in, vel ad illam principaliter persequimur. *l. 36. ff. de R. V. l. 178. §. 2. ff. de V. S.* idè agimus ut lis omnis sit finita. Possessoria est, in quâ principaliter de possessione, aut quâsi, seu adipiscenda seu retinenda seu recuperandâ contendimus, principali controversiâ ac lite ad petitorium iudicium remissâ. *l. 14. §. f. ff. de except. rei jud. C. 5. X. de caus. posses. & prop.* Usus ejus consistit in commodis possessionum. Multò enim commodius est possessorio agere quam petitorio. *l. 24. ff. de R. V. §. 4. J. de interd.* licet aliquandò petitorium cum possessorio cumulari possit. *l. 12. §. 1. de acq. l. 18. de vi & vi arm. l. cum dilectus X. de caus. poss. & prop.* Hartm. Pistor. *l. 1. q. 45.*

§. 14.

Quâ quantitatem objecti actio competit in simplex, duplum, triplum & quadruplum. *§. 21. & seqq. J. de Act.* Quæ quidem actiones adhuc hodiè obtinent, quamdiu de consuetudine abrogatoriâ non constat, quod de actione furti in duplum & quadruplum cum Dno. Tabore Racemat. Criminal. *l. 1. th. 68. & ad art. P. N. D. 158. th. 12.* affirmamus.

§. 15.

Celebris etiam hujus loci divisio depromitur *ex l. 1. ff. de R. V.* actionis in Universalem, Generalem & Singularem. Universalis est; quâ Rem universalem, h. e. Universum aliquod, multas ac singulas res. it. jura continentem, nec minus ex commodis quam incommodis constantem petimus. Dn. Lauterbach *dissertat. de Transf. Act. th. 8.* Ejusmodi est hæreditatis petitio, quâ universas ac sin-

ac singulas res hæreditarias defuncti & alienas. l. 19. §. 2. ff. de hæred. pet. corporales & incorporales l. 18. 60d. it. fructus. l. 20. §. 3. ibid. petimus ab eo, qui pro hærede aut possessore possidet. Generalis est, quâ multas res in genere suo tanquam species complexas, ex negotio, quod plures & varias res gerendas aut gestas continet, petimus. Tales sunt actio negotiorum gestorum, tutelæ, pro socio &c. Vid. Interpret. ad Tit. ff. & C. de negot. gest. l. 38. pr. ff. pro soc. Actio singularis est, quâ rem solam per se ad unum aliquid determinatam petimus, ut est Rei Vindicatio &c. de quâ fuse Jason. in §. omnium §. de act. Bart. in rubr. ff. de R. V. Hæc divisio hanc habet rationem & usum, quod in actionibus universalibus & generalibus libellus generalis admittatur, secus quam in actione singulari. Gail. 1. Obs. 68. In universalibus judiciis fructus veniunt & adjudicantur, quamvis non petiti, l. item veniunt ff. de petit. hæred. haud verò in iudicio singulari, nisi expressè fuerint petiti. Bart. in l. 12. C. de petit. hæred.

### §. 16.

Progredimur nunc ad *Formam*, quæ est vel *Essentialis* & dependet à fine, atque consistit in ipso jure persequendi in iudicio, quod nobis debetur, tam ex jure personarum quam rerum. Quoad formam verò *accidentalem*, eandem & certam quædam actiones à jure acceperunt, ita ut iudex ex illarum conventionumque, ex quibus nascuntur, naturâ, quid judicandum sit, cognoscere possit. In quibusdam enim conventionibus bona fides exuberat, iudicij potestas libera est à jure permessa ex æquo ac bono ac verosimili contrahentium mente æstimandi pronuntiandi, quantum alter litigantium alteri præ stare debeat, cû in conventionem non

B

sit ex-

fit expressum ac nequidem cogitatum, l. 5. pr. de O. & A. §. 28. J. de act. Böcer. ad. l. 23. de R. J. c. 2. n. 6. quæ conventiones s. contractus & inde descendentes actiones in jure nostro dicuntur Bonæ Fidei. l. 13. C. de pact. l. 3. C. de R. C. l. 32. §. 2. de usur, §. 28. J. de act. Quædam verbò conventiones strictâ & angustiori contrahentium bonâ fide continentur, inq̄ illis iudicis officium restrictum est ad expressa conventionis verba, strictamq̄ actionis naturam. l. 99. de V. O. l. 47. de negot. gest. Mozz. tr. de contract. art. 4. n. 14. & seqq. Hi contractus & actiones inde ortæ appellantur stricti juris. arg. l. 57. pr. de O. & A. §. 28. J. de act. Diximus actiones hæc oriri ex conventionibus s. contractibus: cujus occasione sequentes regulas formamus.

I. Reg. Divisio actionum in bonæ fidei & stricti juris propria est & saltem competit actionibus personalibus, non realibus, neq̄ ex delicto descendentibus. Actiones enim reales & ex delicto neq̄ sunt bonæ fidei neq̄ stricti juris. arg. §. 31. J. de act. l. 5. pr. & §. f. de in lit. jur. Bachov. de Act. Disp. 6. tb. 1.

II. Reg. Omnes b. f. actiones in §. 28. J. de act. sunt enumeratæ, si non explicitè tamen implicitè, & quæ in d. §. omittæ sunt, sunt stricti juris. Vultej. Jur. Rom. c. 4. n. 25. Lariott. in tractat. de act. axiom. 50. Struv. ad ff. de O. & A. tb. 71.

Cæterum usus hujus distinctionis non leviter se ostendit. (I.) In præstatione usurarum. In b. f. actionibus usuræ currunt & peti possunt officio iudicis. l. mora §. 1. ff. de usur. Secus in stricti juris. l. 24. ff. de præscr. verb. In illis usuræ ex pacto in continenti adjecto contractui debentur ac peti possunt jure actionis. l. 5. C. de pact. int. empt. & vend. l. 24. l. 26. de posit. In his verbò non nisi ex stipulatu. d. l. 24. de præscr. verb. l. 3. C. de usur. Moribus  
tamen

tamen & usu fori, tam ex morâ in stricti juris judiciis  
*R. J. de Anno 1600. §. Soviel nun &c. & de Anno 1654. §. 174.*  
 quam ex nudo pacto quod moribus obligatorium est,  
 usuræ peti possunt. (II.) In præstatione fructuum, qui  
 in *b. f.* judiciis debentur ex morâ *l. 32. §. 2. l. 3. pr. & §. 1.*  
*de usur.* in stricti juris verò à tempore litis contestatæ.  
*d. l. 3. §. in his quod l. 38. §. 7. de usur. V. csembec. in ff. de usur.*  
 (III.) In *b. f.* judiciis juramentum in litem affectionis  
 locum habet, non in stricti juris. *l. 5. l. 8. ff. de in lit. jun.*  
 (IV.) Contractus *b. f.* cui dolus causam dedit, ipso  
 jure nullus est, quod secus in stricti juris. *l. 7. ff. l. 5. 19.*  
*C. de dol. l. 16. §. 1. ff. de minor.*

§. 17.

Sunt præterea quædam actiones, in quibus iudicis  
 potestas neque ad eam libera neque ad eam restricta est, sed  
 solius arbitrii interponendi & interlocvendi facultas  
 competit. Hinc tales actiones neque bonæ fidei neque  
 stricti juris sunt, & dicuntur Arbitrarie. *§. 31. J. de act.*  
 Talis autem est, in quâ Judici permissum est arbitrium  
 & sententiam interlocutoriam ex æquo & bono inter-  
 ponere; quemadmodum actori satisfieri debeat, cui si  
 reus pareat, absolutio, sin minus sententia definitiva  
 condemnatoria etiam in gravius sequitur. *d. §. 31. J. de*  
*act. l. 84. pr. ff. de dol. mal. Bachov. de Act. Disp. 7. th. 8. & 19.*  
 Hæc actio est vel Generalis, de quâ hætenus, vel Spe-  
 cialis, in quâ nullum arbitrium seu interlocutoria præ-  
 cedit, sed Judex unâ sententia æstimat, quantum solven-  
 dum sit actori, ut in actione, de eo quod certo loco. *l. 2.*  
*l. 8. ff. de eo quod cert. loc.*

§. 18.

Succedunt nunc divisiones actionum à Fine desum-  
 ptæ in Rei persecutorias, Pœnales & Mixtas. Rei per-  
 secutoria

secutoria est, quâ id quod patrimonio nostro abest & alteri adest persequimur. §. 16. *J. de act. l. 35. ff. de O. & A.* Pœnalis est, quâ pœnam, ad quam reus obligatus est, petimus, vid. Sutholt. *Diff. 17. apb. 52.* sunt verò actiones pœnales triplices. Quædam est pœnalis ex utraq; parte, actoris & rei, & sunt, quibus actor persequitur, quod nec sibi ex patrimonio abest, nec reo adest. Exemplum est in actionibus contra furem competentibus, quamvis enim conditione furtivâ rem meam receperim, tamen adhuc pœnali actione contra furem experiri possum. *l. si pro fure. §. 1. ff. de condict. furt. §. 5. J. de obl. ex delict.* Quædam est pœnalis ex parte rei conventi tantum, & rei persecutoria ex parte actoris, uti Interdictum unde vi ad petendas certas res in dejectione amissas, quamvis ad delictentem non pervenerunt. *l. 1. pr. & §. 32. ff. de vi & vi arm.* Actio L. Aquilæ in casu *l. 11. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Quædam deniq; ex parte solius actoris sunt pœnales, ut actio in factum de calumniatoribus. *l. 1. & l. generaliter ff. de calumn.* Mixtæ actiones, non ratione C. Efficientis sed Finis, sunt, quibus rem & pœnam simul persequimur. e.g. Actio vi. bon. rapt. Actio L. Aquilæ contra inficiantem. *l. contra negantem C. ad L. Aquil.* Usus hujus distinctionis se exercit in transitione actionum: pœnales enim actiones non transcunt ad hæredes. *l. 26. ff. de O. & A.* deinde etiam in obligatione correorum ex delicto: ubi pro regulâ tenendum, quod in actionibus suâ naturâ pœnalibus ex vero delicto, singuli in solidum teneantur, nec unius præstatio alterum liberet. vid. *l. 7. ff. de jurid.*

§. 19.

Neq; silenda hic nobis est altera, occasione finis nata divisio, in Civilem & Criminalem. Civilis est, quâ agit actor sive actione reali sive personali, eaq; vel ex con-

contractu vel ex delicto, ad privatum interesse, illudq; sibi applicari petit. Criminalis est, quâ actor agit adversus reum, in Reipublicæ commodum, ut ille puniatur vel poenâ corporis inflictivâ, vel pecuniaria fisco inferenda. *vid. l. 2. ff. de publ. jud. l. 12. §. 4. ff. de accus.* Usus hujus distinctionis varius & inter cætera est, quod in criminalibus libellus valeat absq; petitione *Gail. l. Obs. 61. n. 18. Carpzov. prax. crim. quest. 146. n. 19.*

§. 20.

Collocari hic etiam possunt divisiones actionis in subsidiariam & non subsidiariam: Subsidiaria est, quæ in subsidium aliarum actionum deficientium datur: *vid. §. 2. J. de satisfas. Tur. quæ pertinent actiones de dolo, in factum. §. f. J. ad L. Aquil. l. 7. §. 7. ff. de dol. & deniq; in Præparatoriam, ut est actio ad exhibendam & Principalem.*

§. 21.

Visis hæcenus actionum divisionibus secundum causas ex quibus constituuntur, nunc breviter eas considerabimus in Effectu & Contrariis. Ab Effectu duæ statim se sistunt divisiones.

§. 22.

Plerisq; enim actionibus totum quod petimus consequimur, quibusdam verò minus, & dicuntur Actiones in solidum vel non in solidum: Causæ verò, cur non semper solidum consequamur sunt variæ, s. Natura actionis institutæ, ut *de peculio*, quæ datur saltem in tantum, quantum deductis debitis patris vel Domini in peculio superest. *§. 36. J. de act.* II. Privilegium competentie personarum quarundam, quæ ultra id, quod facere possunt, non condemnantur, quales sunt Maritus conventus ab Uxore de dote vel aliâ ex causâ *l. 20. ff. de re. jud. l.*

*in. C. de rei ux. alb. & vice versa Uxor. d. l. 20. l. 17. §. 1. ff. solut. matr. Parentes. §. 38. J. de act. l. 16. de re jud. Patroni l. 17. de re jud. Socii d. l. 16. de re jud. l. 63. pro Soc. Donator l. 19. §. 2. de re jud. l. 28. l. 50. de R. J. Milites armatae militiae. l. 6. l. 18. de re jud. illi qui bonis cesserunt in bonis postea acquisitis. §. fin. J. de act. l. 4. de cess. bon. III. Compensatio. §. 39. J. de act. §. 23.*

Secunda divisio est, quod Actiones aliae sint Famosae, aliae non Famosae. Famosae sunt, ex judiciis famosis descendentes, in quibus condemnatum infamia sequitur. §. 2. J. de pen. rem. litig. Sed hic quaeritur, quae nam sint Judicia famosa? Resp. (1.) omnia judicia publica sive capitalia sive non. l. 7. ff. de publ. jud. l. 1. ff. de bis qui not. infam. (2.) Ex privatis delictis Furta, Vis bonorum raptorum, Injuria, his affinis est dolus. (3.) Crimina quaedam extraordinaria, non omnia, ut crimen expilatioe hereditatis. l. 12. C. ex quibus causis infamia irrogatur. Sepulchri violati. l. 1. ff. de Sepulchr. violat. Crimen stellionatus, si committatur circa tale negotium, quod producit actionem famosam. l. 27. C. de inoff. testam. praevaticatio l. 4. ff. de pravar. (4.) Ex contractibus quoque sunt quaedam actiones famosae, directae non contrariae. Mandati, Depositi, Tutelae, pro socio §. 2. J. de pen. rem. litig. l. 1. ff. de bis qui not. infam. Usus hujus distinctionis haud exiguus est. Equidem cum actiones famosae graves admodum sint, & capitalibus causis certo respectu comparentur. Gail. 1. Obs. 68. fama quoque plus custodienda quam oculi C. nolo. 10. caus. 12. q. 1. tam judicem in condemnando vel remittendo, aut aliam poenam in locum infamiae irrogando. vid. l. 13. §. 7. & 8. de bis qui not. infam. l. f. C. de gener. absol. quam reum seu conventum circum spectum esse oportet, quo infamiam ex actione famosam imminentem evitet, quod



quod potest fieri litigando per procuratorem. l. 1. C. de  
sentent. & interloc. l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam.

§. 24.

Superest ut de actionum *Dissentaneis* sive *Contrariis*,  
nempe de modis quibus actiones tolluntur breviter ag-  
amus. Hoc fit vel ipso jure, vel ope exceptionis. Ex-  
ceptio est actionis ipso jure competentis exclusio. l. 1. &  
2. ff. de except. Sunt enim omninò contraria: Actio est tan-  
quam positivum §. 1. *7 de Act.* sed exceptio tanquam pri-  
vativum, cum sit actionis seu intentionis exclusio.  
Suntq; vel Perpetuæ vel Temporales, vel Peremptoriæ  
vel Dilatoriæ, de quibus brevitatis ergò Lectorem. ad.  
l. 1. 1. & seqq. lib. 44. ff. ibiq; Commentatores remitto.

§. 25.

Ipso jure tolluntur actiones *Tempore* aut *Morte*. Ratione tem-  
poris actio est vel Perpetua vel Temporalis, juxta rubric. 3. *de perpet.*  
& *temp. act.* Olim actiones civiles perpetuæ, i. e. sine fine, erant.  
Postea Constitutionibus Principum perpetuitas actionum certo tem-  
pore definita est, retenta nihilominus perpetuarum nomine. Est verò  
actio perpetua, quæ longissimo tempore, h. e. regulariter & directò  
30. annis durat & institui potest. Tales sunt regulariter. (1.) Actiones  
Civiles. *pr. 3. de perpet. & temp. act.* Excip. actio hypothecaria, quæ  
agitur contra ipsum debitorem, quo casu 40. annis durat, querela in-  
officiosi testamenti, quæ quinquennio. l. 34. C. de inoff. testam. actio  
injuriarum, quæ anno terminatur l. 5. C. de injur. &c. (2.) Actiones  
prætoriz rei persecutoriz non rescissoriz. l. 35. ff. de o. & A. l. f. C. de  
*temp. in integr. restit.* Hinc etiam referri possunt actiones criminales,  
quæ regulariter vicennio durant. l. 12. C. ad L. Cornel. de fals.  
Temporalis actio est, quæ non longo vel longissimo tempore, sed  
breviori, & regulariter anno finitur, ut sunt per regulam, prætoriz  
penales. l. §. 35. de o. & A. *pr. 3. de perpet. & temp. act.* excepta  
actione furti. *d. pr. 3. de perpet. & temp. act.* & aliis quibusdam  
vid. l. f. ff. *nav. camp. stab.* l. 13. ff. *de serv. corrupt.* l. 5. ff. *de his qui de-  
jes. vel effud.* nec non actiones prætoriz rei persecutoriz rescissoriz.

§. 20.

Alter modus, quo nonnullæ actiones ipso jure finiuntur est *Mors*. Ubi memorabilis occurrit actionum distinctio in Transitorias & non Transitorias. Transitorie sunt, quæ in hæredes aut similes successores, vel activè tantum, i. e. à parte actoris, vel activè & passivè simul, i. e. tam à parte actoris, quàm rei transeunt, quod certis regulis illustrabimus.

Reg. I. Activè tantum transeunt (1.) Actiones Reales, quæ dantur quidem hæredibus, non autem adversus hæredes quàm tales, sed quàm possessores. *l. 42. ff. de R. & O. Oldendorp. class. §. act. 2. n. 5.* (2.) Actiones ex delictis privatis descendentes. *l. 1. §. 1. ff. de privat. delict. sive lis sit contestata sive non. §. 1. 3. de perpet. & temp. act. sive sint rei persecutorie, sive pœnales, sive mixtæ. l. 21. ff. rer. amot. l. 23. §. 8. ff. ad L. Aquil. l. 2. §. ff. vi bon. rapt. l. 1. §. 1. ff. de privat. delict. §. 1. 3. de perpet. & temp. act.*

Reg. II. Activè & passivè simul transeunt ad hæredes, Actiones ex conventionibus seu contractibus, *l. 49. de o. & A. l. 1. C. de hered. act.* Non transitorie actiones sunt, quæ nequæ passivè, nequæ activè & passivè simul ad hæredes transferuntur. De quibus itidem certæ regulæ notandæ sunt.

Reg. I. Passivè tantum non sunt transitorie, actiones ex delicto. *l. §. 1. 3. de perpet. & temp. act.* non tantum pœnales sed etiam mixtæ *ad §. 1. ubi exempla. l. 111. §. 1. de R. & O. & rei persecutorie. vid. omnino l. 7. ff. de alienat. jud. mut. l. f. C. rer. amot.* Limitatur tamen in hisce duabus, si ad hæredes aliquid pervenerit. *l. §. in heredem ff. de calum. & in omnibus tribus, si lis eodem defuncto sit contestata l. 1. C. ex delict. def.* Secus de jure Canonico quod hæres ex delicto defuncti tenetur ad quantitatem hereditatis, etiam si nihil pervenerit, nequæ lis contestata fuerit. *c. f. X. de sepult. c. tua nos. X. de usur.*

Reg. II. Actiones meram vindictam continentes, nequæ activè nequæ passivè sunt transitorie ante litem contestatam, ut actio injuriarum & similes. *l. 28 ff. de injur. l. 7. C. de revoc. donat.* Pertinent quoque ad hanc regulam actiones ex delictis publicis & populares. sive lis sit contestata sive non. *l. f. C. si reus vel accus. mort. l. 3. §. ff. de accus.*

Tantum pro ingenii & temporis modulo, quod. B. L. æqui bonique consulere dignetur.

D. S. L.















